UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Sosio martyre. Cap[itulum]. cxiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

vtpote tā amabilis pater diſceſſurus amariſſime plangeretur: queſitū eſt ab eo: quem poſt ſe pontificem haberent. Quibus prophetico ſpiritu reſpōdit: ꝙ poſt conſtātiū mulionem: poſt mulionē fullonem: poſt fullonē neminē. Quibꝰ editis vite ſpiritum exhalauit. ¶ Defuncto ṽo ſancto eius eccleſie paſtoralē curā ſuſcepit andreas diaconus illius: qui quōdam in ſtabulis itineruꝫ curſum ſeruauerat equoꝝ. Illo quoqꝫ ex hac luce ſubtracto: epiſcopatus ordinē iouinus ſortitus eſt: qui in eadem vrbe fullo extiterat. Quo adhuc ſupſtitie in cuncti habitatores ciuitatis illis ⁊ barbaroꝝ gladijs ⁊ peſtilentie vaſtitate deleti ſunt: vt poſt mortē eius: nec qui epūs fieret: nec a q̄bus fieret inueniri poſſet. Sicqꝫ cōpleta eſt viri dei ſentētia: quatenꝰ poſt exceſſum duoꝝ epōꝝ ſe ſequentiū: eiꝰ aquineñ. eccleſia paſtorē minime haberet. Hec gregoriꝰ iij. dialogorum cap. viij.

¶ De ſancto Soſio martyre. Cap. cxiij.

Soſiꝰ martyr: paſſus ē apō ciuitatē puteolanam tēpore diocletiani imperatoris ſub timotheo preſide: qui cū eſſet diaconus meſſenate ciuitatis annorūqꝫ triginta poſt paſſionē ſcti ianuarij beneuentani epi paſſus eſt. Cum aūt quodam tempore preſente ipſo epiſcopo euangelium in eccleſia legeret: vidit epiſcopus de capite eius flammā exurgere: quā nemo alius vidit: ⁊ ꝓnūciauit eū martyrē futurū: nō poſt multos dies ianuarius epiſcopus tētus ⁊ in carcere miſſus eſt: ad quē viſitandū cū veniſſet ſoſius cum diacono feſto ⁊ lectore deſiderio: ⁊ ipſi ſimul cū eo detenti ſunt. Et poſtq̄ ianuarius cuꝫ alijs eius ſocijs paſſus eēt: vt dictū eſt ſupra i coꝝ paſſione. xiij. kalen. octobris: ⁊ ipē ſoſius ab eodē p̄ſide pro chriſti nominis cōfeſſione gladio ceſus eſt nono kalen. octobris.

¶ De ſctā Salaberga abbatiſſa. Cap. cxiiij.

Salaberga abbatiſſa in territorio lugdunenſi claruit tēporibꝰ ſancti ſulpitij epiſcopi bituriceñ. ⁊ dagoberti regis francorum. Hec in ſuburbano leucoruꝫ oppido territorij lingoneñ. parentibus claris ⁊ religioſis exorta eſt: a natiuitate ceca. Cum aūt ſctūs euſtaſius abbas colūbani ſucceſſor in domū gūdonij patris puelle hoſpitatus eſſet: duoſqꝫ filios viri ſibi oblatos benedixiſſet. Salabergā cecā eidem adductaꝫ poſt triduanū ieiuniū illuminauit: et ſpiritualibus diſciplinis informauit. Quā parētes cuidā generoſo viro licꝫ dudū renitentē inuitam in coniugē tradiderūt. Quo īfra duos mēſes defuncto: iteruꝫ inuita maritaẜ alduino comiti regis dagoberti: ex quo quinqꝫ filios ꝓcreauit. Tandemqꝫ virum ad caſtitatē conuertit: eiuſqꝫ obtenta licentia cum conſilio valberti ſucceſſoris euſtaſij abbatis in ſuburbano lingoneñ: in paterna hereditate cenobiū puellarum cōſtruxit: verū ciuili bello inter reges francorum exorto: inde cū ſancto valberto diſceſſit: ⁊ lugdunū veniens monaſteriū aliud fabricauit: vbi plus q̄ trecentarū puellarū ancillaꝝ xp̄i mater extitit. ¶ Duꝫ quodā tp̄e ſancti valberti p̄ſtolareẜ aduentum: ⁊ vinū ad ſufficientiā nō haberet: ſua oratione vinū invegete multiplicauit: ⁊ que ſemiuacua erat plenā repperit. ¶ Vite ſue inſtāte termino per viſionē vidit tabernaculuꝫ mire claritatis de celo deſcendere: in quo recepta in prato ameno ſumme pulchritudinis tranſlata eſt. Quē ſibi locū a deo paratū intellexit. Eidē etiā dormiāti cingulū a rhenibus ſolutū eſt: qd̄ nuſq̄ comparuit: dictum eſt ei ipām die centeſimo a corpore migraturā: quibus diebus continue pſalteriū legit: ⁊ die ſibi ſtatuta videlicꝫ ix. kalen. octobris in pace quieuit.

¶ De conceptione ſancti Johannis baptiſte. Cap. cxv.

Conceptio ſancti iohānis baptiſte in martylogio hiero. viij. kalen. octobris ſcribiẜ: ⁊ in quibuſdam eccleſijs celebratur. A q̄ die vſqꝫ ad eiꝰ natiuitatē nouē menſes integraliter numerantur: nullo die deficiēte nec ſuperāte: vt ſicut triū hominū tm̄ celebranẜ feſta natiuitatū: ſcꝫ chriſti: ⁊ beate virginis: ac ipſius baptiſte: ſic ⁊ eorum celebrantur feſta cōceptionum. Feſtum autem conceptionis matris domini per reuelationem primo cognitū fuit: ſicut ſupra dictum eſt in legenda ꝯceptionis eius ſexto idus decembris. Qualiter aūt conceptionē iohānis baptiſte tali die fuiſſe factā habuerit hieronymꝰ: incertū eſt: veriſimiliter tm̄ credi poteſt ⁊ recte opinari ꝙ ſicut cōceptus ⁊ ortus baptiſte in alijs perfectus apparuit: ſic ⁊ tēpus eius quo fuit in vtera integrū eſſe debuit: vt ſicut xp̄s nouem menſibus integraliter in vtero ṽginis fuit: ſic ⁊ baptiſta poſt eorūdem menſiū integralē decurſuꝫ de ventre matris exiuit: vt ſicut natiuitas p̄curſoris aſſimilaẜ natiuitati ſaluatoris: ſic et eius cōceptio ad xp̄i cōceptionē inq̄tū eſt poſſibile ſimileẜ. Et notandū ꝙ circa cōceptionem iohānis baptiſte: tria miracl̄a ſpecial̄r apparuerūt: